



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

12. Quid si praesumptio accedat delinquentem corrigendum non esse?
Refertur sententia negans?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

poni potest in præfenti, ad impediendum
 damnum tertii vel communitatis: Si er-
 go hæc impeditur sufficienter alio medio
 non ita noxio & infamatorio delinquen-
 ti, illud certè medium apponi debet &
 denunciatio judicialis omitti, debet enim
 proximo remedium adferri damno eius,
 quo potest, minori.

12. At si præsumitur delinquens non
 corrigendus per monitionem secretam,
 illi vel tertio, cui damnum parat, factam,
 non desunt DD. qui affirmant non posse
 ad denunciationem judicialem deveni-
 re, sed debere dicere Prælato ut Patri, vel
 aliis ut observent, & aliquando possint ef-
 se testes in judicio, Ita expressè *Navar: lib.*
3. de restit: c. 2. n. 358. in 2. Edit: Suar: de Cha-
rit: disp: 8. S. 6. n. 6. in fine. loquens de de-
 lictis quæ cedunt in damnum commune,
 dicit, si occulta penitus sunt, id est, si nul-
 lus alius præter te sciat, superiorem esse
 admonendum ut vigilet. Infertur ergo
 non esse monendum ut judicet, & *num. 10.*
 loquens de edictis sanctæ Inquisitionis,
 ait, Si delicta non sint talia, ut viâ inquisi-
 tionis possint Inquisitores de illis interro-

gare juridicè, tunc credendum esse, eos
 procedere secundum ordinem correctio-
 nis fraternæ: quem quidem ordinem ser-
 vandum esse docet *S. Thom: ar. 7. in solut. ad*
1. eò quod communi bono sufficiat, ut de-
licta publica puniantur, aut ea quæ in ju-
dicio probari possunt, etiam si aliàs publi-
cè nota non sint. Ex quo infert Lorca se-
cunda secunda q. 33. art. 8. disp: 47. n. 6. & 15.
 Prælatum Religiosorum rarò præcipere
 posse, ut aliquid occultum sibi, etiam ut
 Patri manifestetur, cum non possit sub-
 ditis constare, utrum res in eo statu sit, ut
 subditus licitè occultum prodat. Et ideo
 citati DD. regulam assignant ex *S. Tho: art.*
8. in solut. ad 1. Prælatum tunc solùm posse
 præcipere, quando potest inquirere, id
 est, quando denunciator adest, aut infam-
 ia præcessit, quod intelligendum affe-
 runt tam de paterna quàm de judiciali de-
 nunciatione, quod verba *S. Thomæ* sint
 indistineta, & *n: 21.* dicat, si superior præ-
 cipiatur denunciare, quantumcunq; abso-
 lutè præcipiat, non obligare, nisi circa cri-
 men, quod probari potest, & servato cor-
 rectionis ordine, aliàs præceptum fore in-
 justum.

justum. Ita hi. DD. & alij cum Durand: in 4. dist: 19. q: 4. Henriq. l. 13. de Excom: cap. 14. n. 13. Quorum ratio est, quia non potest esse iudicium de delicto sine sufficienti probatione. Ergò ubi hæc est impossibilis, cessat obligatio denunciandi, quæ ad iudicium complendum ordinatur, ut ipsum hoc colligitur ex *can: quod videtur. 22. q: 5.*

13. Verùm his non obstantibus, iudicio nostro, dicendum omninò est, te posse & debere delinquentem aduersus tertiam personam vel comũne bonum Prælato, ut iudici denunciare, si alia via tibi non suppetit damnum impediendi, etiam si probare non possis, sed solus tu sis qui noveris, modò non noveris per confessionem, & manifestatio delicti sufficiat damnum impedire aliquo modo, etsi non perfecte: Ita Lessius, qui testatur esse communem. *lib. 2. de just. cap: 30. dub. 2. n. 13. & dub. 6. n. 43.* & multis allegatis. *Thom: Sanch: lib 3. de matr. disp: 13. n. 2.* ubi volentes contrahere cum impedimento, etiam si impedimentum infamatorium sit, probat esse denunciandos Iudici, quantumvis occultum impedimentum subsit, probari q; non possit.